



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum sit vitium capitale.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

contra quosdam dicitur Io. 12. Qui dilexerit magis gloriam hominum, quam Dei. Alio modo, ex parte ipsius gloriantis, qui intentionem suam refert ad gloriam tanquam ad vitium finem, ad quem scilicet ordinat etiam virtutis opera, & pro quo consequendo non praeremittit facere etiam ea quae sunt contra Deum: & sic est peccatum mortale. Vnde Aug. dicit in 5. de ciuit. Dei, quod hoc vitium, scilicet amor humanae laudis, tam inimicum est pie fidei, si maior in corde sit cupiditas gloriae, quam Dei timor, vel amor, vt diceret Dominus Ioan. 5. Quomodo potestis credere, gloriam ab inuicem expectantes, & gloriam quae a solo Deo est, non quarentes? Si autem amor humanae gloriae, quamuis sit inanis, non tamen repugnet charitati neque quantum ad id de quo est gloria, neque quantum ad intentionem gloriam quarentis, non est peccatum mortale, sed veniale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod nullus peccando meretur vitam aeternam: Vnde opus virtuosum amittit vim merendi vitam aeternam, si propter inanem gloriam fiat, etiam si illa inanis gloria non sit peccatum mortale. Sed quando aliquis simpliciter amittit aeternam mercedem propter inanem gloriam, & non solum quantum ad vnum actum, tunc inanis gloria est peccatum mortale.

AD SECVNDVM dicendum, quod non omnis qui est inanis gloriae cupidus, appetit sibi illam excellentiam, quae competit soli Deo. Alia enim est gloria quae debetur soli Deo, & alia quae debetur homini virtuoso, vel diuiti.

AD TERTIVM dicendum, quod inanis gloria dicitur esse periculosum peccatum non tantum propter grauitatem sui, sed etiam propter hoc, quod est dispositio ad graua peccata, in quantum scilicet per inanem gloriam redditur homo praesumptuosus, & nimis de seipso confidens. Et sic etiam paulatim disponit ad hoc, quod homo priuetur interioribus bonis.

Super Quaestione 132. Articulum quartum.

ARTICVLVS III.

¶ *Utrum inanis gloria sit vitium capitale.*

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod inanis gloria non sit vitium capitale. Vitium enim quod semper ex altero oritur, non videtur esse capitale: sed inanis gloria semper ex superbia nascitur. ergo inanis gloria non est vitium capitale.

¶ 2. Praet. Honor videtur esse aliqd principalius, quam gloria, quae est eius effectus: sed ambitio, quae est inordinatus appetitus honoris, non est vitium capitale, ergo etiam neque appetitus inanis gloriae.

¶ 3. Praet. Vitium capitale habet aliquam principalitatem: sed inanis gloria non videtur habere aliquam principalitatem neque quantum ad rationem peccati, quia non semper est peccatum mortale: neque etiam quantum ad rationem boni appetibilis, quia gloria humana videtur esse quiddam fra gile, & extra hominem existens. ergo inanis gloria non est vitium capitale.

SED CONTRA est, quod Greg.

In art. 4. eiusdem quest. 132. multa occurrunt ex Martino, in questio. 5. dubia, circa multas propositiones litera. Primum est circa differentiam inter superbiam, & inanem gloriam, quod superbia est inordinatus appetitus excellentiae: inanis gloria vero inordinatus appetitus manifestationis ipsius excellentiae: quoniam aut superbus appetit excellere secundum veritatem, aut secundum apparentiam. Si primo modo, hoc non videtur malam. Si secundo, hoc est appetere manifestationem excellentiae, quam non habet, quod spectat ad inanem gloriam secundum ipsum.

¶ Secundum est circa illam propositionem, Ex omni bo-

31. *Moral. numerat inanem gloriam inter septem vitia capitalia.

RESPON. Dicendum, quod de vitij capitalibus dupliciter aliqui loquuntur. Quidam enim ponunt superbiam vnum de vitij capitalibus. Et hi non ponunt inanem gloriam inter vitia capitalia. Gregor. autem in 31. *Moral. superbiam ponit reginam omnium vitiorum: & inanem gloriam, quae immediatè ab ipsa oritur, ponit vitium capitale. & hoc rationabiliter. Superbia enim, vt infra dicitur, importat inordinatum appetitum excellentiae. Ex omni autem bono quod quis appetit, quandam perfectionem & excellentiam consequitur. & ideo fines omnium vitiorum ordinantur in finem superbiae. & propter hoc videtur quod habeat quandam generalem causalitatem super alia vitia, & non debeat computari inter specialia vitiorum principia, quae sunt vitia capitalia. Inter bona autem, per quae excellentiam homo consequitur, praecipue ad hoc operari videtur gloria, in quantum importat manifestationem bonitatis alius cuius. Nam bonum naturaliter amatur, & honoratur ab omnibus: & ideo sicut per gloriam, quae est apud Deum, consequitur homo excellentiam in rebus diuinis: ita etiam per gloriam hominum consequitur homo excellentiam in rebus humanis. Et ideo propter propinquitatem ad excellentiam, quam homines maximè desiderant, consequens est, quod sit multum appetibilis: & quia ex eius inordinato appetitu multa vitia oriuntur, ideo inanis gloria est vitium capitale.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod aliquid vitium oriri ex superbia non repugnat ei, quod est esse vitium capitale, eo quod, sicut supra dictum est, superbia est regina, & mater omnium vitiorum.

AD SECVNDVM dicendum, quod laus, & honor comparantur ad gloriam, vt supra dictum est, sicut causa ex quibus sequitur gloria. Vnde gloria comparatur ad ea sicut finis. Propter hoc n. aliquis amat honorari, & laudari, in quantum per hoc aliquis aestimat se in aliorum notitia fore praclarum.

AD TERTIVM dicendum, quod inanis gloria habet principalem rationem appetibilis ratione iam dicta. * & hoc sufficit ad rationem vitij capitalis. Non autem requiritur, quod vitium capitale semper sit peccatum mortale: quia etiam ex ve-

no quod quis appetit quandam perfectionem & excellentiam consequitur &c. quia aut hoc esse secundum veritatem, aut secundum opinionem appetentis. Non primo modo, quia per omnem inordinatum appetitum delectabilis, aut vilis, si quis secundum veritatem imperfectior: nec secundo modo, quia libidinofus, & auarus opinatur se imperfectior. Et inde est quod refugit hoc facere coram hominibus, putans se despici, si haec sciantur.

¶ Tertium est circa illam propositionem, Fines omnium vitiorum ordinantur in finem superbiae: quoniam finis pullanimitatis, timoris, luxuriae, accitiae, & huiusmodi, non ordinantur in finem superbiae, scilicet, excellentiae appetitum. Et ex his omnibus infert, quod auctor non sufficientem rationem reddit, quare superbia regina vitiorum ponitur.

¶ Ad primum dubium dicitur, quod superbus appetit excellere secundum rem, & quod hoc est peccatum: quia excellentiae appetita non est proportionata appetenti, vel simpliciter, vel quod ad modum habendi.

¶ Ad secundum dubium dicitur, quod aliud est loqui de bono quod appetitur, puta, delectabili, vel utili: aliud de modo appetendi, seu habendi bonum illud, puta inordinate, seu iniuste. Ex omni sequitur bono tam delectabili quam utili, quod homo appetit, consequitur homo perfectionem aliquam, ac per hoc excellentiam respectu non habentium illam. Atque siquid pecunia perficitur quod ad potentiam: quia potest per illam, quod sine illa non poterat. Libidinofus perficitur in satietate appetitus, quae nonnulla felicitatis pars est, quamuis ex modis habendi, deterior non perfectior fiat. In li-

Lib. 31. c. 70.

Lib. 31. c. 31

Q. 162. artic. 1. & 2.

1. 2. q. 34. art. 2. & 4. ad 4.

Art. 2. huius quest. & q. 103. artic. 1. ad 5.

In corp. art.

quis

